

utriusque iuris equestris conspiratio in eo potissimum est conspicua hac in re, quod praedia nobilium Bremensium aequae ac Holfatorum nexui feudali, si paucas iuris clientelaris sed admodum improprii et irregularis reliquias in quibusdam praediis patriae nostrae obvias excipias <sup>50)</sup>, plane hodie certe non fuerint obnoxia et potius virtute et iure bonorum avitorum seu stemmaticorum olim censerentur — uti omnino, quod praedia Bremensia attinet, extra omnem dubitationis aleam positum et ex intima antiquitate ducatus Bremensis demonstratum a *Georgio Henrico Ayvero* piae memoriae capitibus 29—31 commentationis, quam de praediis ac privilegiis nobilitatis Bremensis conscripsit <sup>51)</sup>; itemque

---

de similitudinibus equidem Holfatorum cum equitibus Bremensibus differit. *Kiliae* 1735.

50) reliquias iuris feudalis improprii collegit *Franciscus Ernestus Vogt* in commentatione manuscripta von den holsteinischen Lehn-Gütern; itemque *Adam Heinrich Lackmann* in collegio in historiam iuris Holfatici c. 21., quod itidem typis non expressum est.

51) *De praediis nobilitatis Bremensis equestribus eorumque iuribus et privilegiis praeside Hen-*